



SERENISSIMO
 COSMO MEDICES II,
 MAGNO HÆTRVRIÆ
 DVCI IV.

Praclarum sane, atq; humanitatis
 plenum eorum fuit institutum, qui ex-
 cellentium virtute virorum res præ-
 clare gestas ab invidia tutari, eorumq;
 immortalitate digna nomina ab obli-
 uione, atq; interitu vindicare conati sunt. Hinc ad
 memoriam posteritatis prodita Imagines, vel mar mo-
 re insculptæ, vel ex are factæ: hinc posita Statuæ tam
 pedestres, quam equestres: hinc Columnarum, atq; Py-
 ramidum, ut inquit ille, sumtus ad Sydera ducti: hinc
 deniq; vrbes edificata, eorumq; insignita nominibus,
 quos grata posteritas eternitati commendandos existi-
 mauit. Eiusmodi est enim humana mentis conditio, ut
 nisi assiduis rerum simulacris in eam extrinsecus ir-
 rumpentibus pulsetur, omnis ex illa recordatio facile
 effluat.

Verum alii firmiora, ac diuturniora spectantes, æ-
 ternum summorū virorum præconium non saxis, ac
 metallis, sed Musarū custodia, & incorruptis litera-
 rum monumentis consecrarunt. At quid ego ista com-
 memoro? quasi vero humana solertia his contenta re-
 gionibus, ulterius progredi non sit ausa: attamen lon-
 gius illa prospiciens, cum optime intelligeret omnia hu-
 mana monumenta, vi, tempestate, ac vetustate tandē